Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Grammatica

[Straßburg], [um 1495/97]

De impedimentis

urn:nbn:de:bsz:31-289396

Visual Library

De ordinatione vocatiui
Conſtrue ſic caſum ſi ſit prepone vocantem.
De ordinatione nominatiui
Nox rectum ponis.
De ordinatione verbi perſonalis.
Hinc perſonale locabis.
Verbum. quod primo ſtatuas. ſi cetera deſint.
De ordinatione genitiui.
Subde ſecundum caſum rectori.
De ordinatione datiui et accuſatiui.
Tertius hinc caſus et quartus ſepe ſequuntur.
De ordinatione aduerbij
Aut verbo ſubdes aduerbia.
De prepoſitione cum ſuo caſuali.
Debetqꝫ vox prepoſitiua. Quarto ꝑiungi vl' ſexto quē regit ipā

De impedimentis

Nota ꝙ preſcriptus ordo quãdoqꝫ impeditur per
conſtructionem infinitiui. vt volo legere. iſte eſt a
bilis legere. Et hoc impedimentum habetur in doc
trina alexandri. ibi. Infinitiuum perſone ſine quibuſdam.
Des adiectiuis. Per cõſtructionẽ participij. vt legens grã-
maticã ꝓficit. Et hoc habetur ibi. Que iunges verbo ⁊ par
ticipanti. Per ablatiuos abſolute poſitos. vt magiſtro legē
te pueri ꝓficiũt. Et hoc impedimentũ habetur ibi. Aut abla
tiui precunt rectore ſoluti. Aut poſtp. ⁊c. Per nominatiuum
a parte poſt conſtructum cum verbo ſubſtantiuo vocatiuo
vel ſimilem vim habente. vt ſum homo. vocor iacobus. ordi
nor preſbiter. Et hoc habetur ibi. Appellans verbum ſubſtã
tiuũ vel horum. Vim retinens poſt ſe rectum quãdoqꝫ loca-
bunt. Per conſtructionem quorundã relatiuorum ⁊ interro
gatoꝝ ⁊ ſuoꝝ aduerbiorum. vt dicendo. Petrus currit quẽ
video. Talis erat ſortes qualem cerno platonē. Sortes ſcri
bit taliter qualiter plato. Querendo quem vidiſti. Qualem
hominem vidiſti. Qualiter viuis. vt hoc habetur ibi. Quis
qualis quantus cuius cuias quotus et quot. Miſſa relati-
ue penitus precedere debent. Obliqu⁹. ⁊c. Hanc ſua iungen
di retinent aduerbia formam. Per quedam aduerbia et con

ſunctiones.ſcꝫ. Cum quia duꝫ donec. vt cum veneris ad me dabo tibi equum. quia vidiſti me thoma credidiſti. Per antecedens preconſtructum in obliquo ſuo regenti propter hoc vt relatiuum ſequens poſſit ſtare in conſtructione. vt dicendo. Iſti ſubueniat ſua mater. Iſti ſubueniet pater eius. et hoc habetur ibi. Cuncꝫ relatiuis de iure viam parat horum. Precedens decet obliquos quandocꝫ preire. Dū notat hoc. ꝛc.

De regimine caſuum.

NOminatiuus a parte ante conſtructus regitur ex vi perſone. vt dicendo magiſter legit. ꝛ hoc habetur in alexandro. ibi. Ex vi perſone rectum regit initialem. Sed nominatiuus à parte poſt conſtructus. regitur ex vi nature. vt dicendo. Sum homo. Et hoc habetur ibi. Rectum qui ſequitur verbi natura gubernat.

Genitiuus regitur ex vi poſſeſſionis. vt filius hominis. Vn̄ verſus. Nomen ſignificans poſſeſſum da genitiuo.

Datiuus regitur ex vi acquiſitionis. vt dicendo. Do tibi. vn̄ verſus. Iſtius regimen dabit acquiſitio caſus.

Accuſatiuus regitur ex vi tranſitionis. vt lego librum. Vn̄ verſus. Accuſatiuis data per vim tranſitionis

Vocatiuus regitur ex vi excitationis. vt O domine.

Ablatiuus conſtructus cum prepoſitione regitur ex vi prepoſitionis. vt de domo. pre timore. coraꝫ teſtibus. Et hoc habetur ibi. Hos caſus de pre coram ſociecꝫ gubernant.